

Descriptum et recognitum ex tabula aenea, quae fixa est Romae in muro post templum divi Aug. ad Minervam.

**2000** imp. Caesar divi Nervae f. Nerva Traianus Augustus Germanicus pontifex maximus, tribunic. potestat. III<sup>1</sup>, cos. II, p. p., equitibus et peditibus, qui militant in alis tribus et cohortibus sex, quae appellantur (1) Gallorum Flaviana et (2) I Pannoniorum et (3) II Hispanorum et Arvacorum<sup>3</sup>, et (1) I Sugambrorum veterana et (2) I Bracaraugustanorum et (3) I Hispanorum veterana et (4) II Mattiacorum et (5) II Gallorum et (6) Ubiorum, et sunt in Moesia inferiore sub Q. Pomponio Rufo, item dimissis honesta missione, qui quina et vicena plurave stipendia meruerunt, quorum nomina subscripta sunt: ipsis liberis posterisque eorum civitatem dedit et conubium cum uxoribus, quas tunc habuissent cum est civitas iis data, aut si qui caelibes essent, cum iis quas postea duxissent dumtaxat singuli singulas. A. d. XVIII k. Septembr. Q. Fabio Barbaro, A. Caecilio Faustino cos.<sup>4</sup>

cohort. II Gallorum, cui praest Visulanius Crescens, pediti: M. Antonio M. f. Rufo Abretten. et Marco f. eius.

Descriptum et recognitum ex tabula aenea, quae fixa est Romae in muro post templum divi Aug. ad Minervam.

*Tabulae aeneae duae, duorum diptychorum partes priores, altera rep., ut dicebatur, ad Philippopolim, est Parisiis (III p. 863), altera (N. 2000) rep. a. 1886 ad vicum regionis Dobrudschae Oltinam (Točilescu arch. ep. Mitth. aus Oesterreich 11 p. 25). — 1) A. 99 (cf. supra N. 283). — 2) classici scriptura exterior, male sine dubio. — 3) Sic scriptura interior, ARACORVM (i. e. Arvacorum) exterior. — 4) 14 Aug. (a. 99, cf. not. 1). Q. Fabius Barbarus legatus exercitus Africani fuit anno 97 (comptes rendus de l'acad. des inscr. 1894 p. 295), A. Caecilius Faustinus legatus Moesiae inferioris a. 103, proconsul Africae a. 116 (VIII S. 11798). — Quam ob causam Traianus, cum veteranis provinciae Moesiae inferioris solita praemia tribuit, hac de re duas constitutiones perscripserit, alteram (N. 1999) pertinentem ad alas tres cohortesque septem et classem (Moesicam), alteram ad alas alias tres cohortesque sex (N. 2000), ego nescio.*

**2001** [imp. Caesar] divi Nervae f. Ner[va Tr]aian[us Aug]ustus Germanicus [D]iacicus pontifex maximus, tribunic. potestat. VII<sup>1</sup>, imp. IIII, p. p., cos. V, [e]quitibus et peditibus, qui militant in alis quattuor et cohortibus decem et una, quae appellantur (1) I Thracum et (2) I Pannoniorum Tampiana et (3) Gallorum Sebosiana et (4) Hispanorum Vettonum c. R., et (1) I Hispanorum et (2) I Va[ng]ionum milliaria et (3) I Alpinorum et (4) I Morinorum et (5) I Cugernorum et (6) I Baetasiarum et (7) I Tungrorum milliaria et (8) I Thracum et (9) III Bracaraugustanorum et (10) IIII<sup>2</sup> Lingonum et (11) IIII Delmatarum<sup>3</sup>, et sunt in Britannia sub L. Neratio Marcello<sup>4</sup>, qui quina et vicena plurave stipendia meruerunt, quorum nomina subscripta sunt: ipsis liberis posterisque eorum civitatem dedit et conubium cum uxoribus, quae tunc habuissent cum est civitas iis data, aut si qui